



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

IX. De his quæ aborsum faciunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

*De his qui partus suos ex fornicatione
perimunt.*

C A P. V I I I.

Itaque in Ancyranio Concilio cap. xx. scrip-
tum est de his quæ partus suos ex fornicatione pœnit. Rhab.
conceptos diversis modis interimunt : De mu- c. 11.
lieribus quæ fornicantur , & partus suos ne- Reginolib.
cant , vel quæ agunt secum ut utero concep- 2. c. 63.
tos excutiant, antiqua quidem diffinitio usque
ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removeri jussit. “
Humaniū autem nunc diffinimus ut eis de- “
cem annorum tempus pœnitentiæ largiamur. “

Item in Concilio Elibertino cap. L X I I I . pœnit. Rhab.
scriptum est de his quæ filios suos ex adulterio ibid.
necant : Si qua per adulterium absente viro Reginolib.
conceperit , idque post facinus occiderit , pla- 2. c. 65.
cuit vix in fine dandam esse communionem , “
eo quòd geminaverit scelus. “

De his quæ aborsum faciunt.

C A P. I X.

Item in Concilio Hilerdensi cap. I I . scrip- pœnit. Rhab.
tum est de his quæ aborsum faciunt , vel natos c. 11.
extingunt : Hi verò qui malè conceptos ex Reginolib.
adulterio factos , vel editos necare studuerint , 2. c. 64.
vel in ventribus matrum potionibus aliquibus
colliserint, in utroque sexu adulteris, post sep-
tem annorum curricula communio tribuatur , “
ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus &
humilitati insistant. “